



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Ladislaus C. 27. Iunii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

Junii.  
er noli  
ibus,  
  
sub-  
jam  
o ab  
latè  
mo-  
a di-  
sium  
n se  
ceme-  
omi-  
ntes  
ad-  
sem-  
udi-  
ano  
nde  
lum  
per  
niæ  
im-  
bel-  
eum  
val-  
im-  
ho-  
re-  
fra-  
que  
em  
ce-

27. Maii. VITÆ SANCTORVM. 321  
diceret, densissimo lapidum imbre petitus, ipso quæ  
triumpho suo est obrutus. Ex Ferrar. & to. 3. Bau. S.

Dilectio fraterna omnibus desideriis amplectenda  
est, qua tot bona potest habere, quot premia: custodienda  
præ omnibus Virtutibus pax est, quoniam Deus semper  
in pace est. Locum non demus inimico, ne inter mellæ  
venena felle amariora confundat. S. Pet. Chrysol.  
serm. 53.

S. LADISLAUS C. 27. Junii.

LADISLAVM Belæ primi Regis Ungarorum fi-  
lium, imò MARIAE vides; ita totus ab hujus  
überibus, dum vixit, pependit, sed neque mortuus,  
ut audies, dimisit. Cæterùm vix alius regum tor-  
virtutibus aut purpuram ornavit, aut coronam di-  
stinxit; ut minus mirer, si legam aulam ejus ab An-  
gelis frequentatam esse. Certè ipse ab Angelo ger-  
manum suum vidi coronari, sed & Angelum sub  
cervi schemate ignitis cornibus locum vidi signa-  
re, quo promissam MATRI MAGNÆ ædem conde-  
ret. Eorundem Cœlitum ope, cum in multis aliis  
pugnis, tum in duello contra patruum suum Re-  
gem Salomonem victor evasit. Etenim cum hic  
cum uno rem sibi LADISLAO crederet esse, con-  
spexit sub congressum, contra duos prætereà An-  
gelos sibi certamen esse, qui gladio jam jam Salo-  
moni graves imminebat. Noluit igitur, et si Hercules sibi ipse videretur, in tot tantosque pugnare,  
sed abjecit arma, pacem coluit. Toties victor LA-  
DISLAVS coronam tamen ferre Ungariæ semper  
respuit, nobiliorem & immortalem ambiens,  
quam ut facilius obtineret, facere fortiter pro ter-  
râ sanctâ constituit. In eâ proinde expeditione,  
cum Dux lectus esset omnium copiarum, ecce

O 5 in

322 VITÆ SANCTORVM. 28.Iunii.  
in ipso belli apparatu pulcherrimâ morte occu-  
buit. Mortuus porrò, & currui impositus, sine  
jumentorum hominumque ope in templum,  
quod ab eo VIRGINI structum memoravimus,  
non tam vehi, quām currere visus est. Obstupuit  
ad miraculum orbis : at non ego etiam. Nam cur  
filium mirer ad Matrem suam decurrere ? Ex Ant.  
Bonfin.

Omnis delectatio hujus mundi, universa ejus gloria,  
quidquid denique in eo concupiscitur, prorsus modicum  
est, in illius beatitudinis comparatione ; si tamen vel  
modicum dici debet, & non potius nihilum, & vapor ad  
modicum parens. S.Bern.serm.de S.Clem.

S. POTAMIOENA V. M. 28.Iunii.

**F**elices nos, bona si nostra, si quæstum virtutis  
& certa pietatis vestigalia noverimus : quan-  
tillo possumus ditescere ! POTAMIOENA Alexan-  
drina virgo formæ causâ cum multis conflictata  
procis, & in illo certamine superior, ex amoris pa-  
læstrâ in scenam crudelitatis transiit, ut ad podo-  
ris lilia constantiæ laurum adjungeret. Aquila ho-  
mo sanguinarius carnificinæ præterat, cuius in Po-  
TAMIOENAM omnem atrocitatem effudit, certus  
fidem illi vel vitam eripere : jactatam per omnia  
tormenta, denique ad rogum cum Marcellâ ma-  
tre damnavit. Virginis ducendæ cura Basilidi de-  
mandata non omnino experti humanitatis, & mi-  
tiori ingenio, quām pro tam barbaris ministe-  
riis. Is ergo insultantem virginî multitudinem  
compescuit, magisque fidei custodis, quām licto-  
ris munus explevit. Hoc tantillum officium ne  
suo auctori periret, curæ sibi fore, moritura virgo  
promisit. Neque defuit dicto fides. Triduo à mor-